mag: Johannes de fraxino

mag: antonius saillart

mag: nicolaus bogerude

Mag: benedictus pinstol
mag: Ludovicus le tonnelier
mag: florentinus Jarquart
mag: Jacobus houlier
mag: petrus colier
mag: Joannes chapelain — Regis medicus
mag: Joannes de gorris
mag: Godefridus granger
mag: Joannes paradis
mag: Joannes du hamel
mag: valentinus hieraume
mag: Carolus Stephanus
mag: nicolaus legrant
mag: Joannes le bassier
mag Joannes Symon
mag: Joannes Guillard
mag: marinus Symon
mag: Christophorus bauduyn — decanus
mag: Joannes montanus
mag: Jacobus de sancta martha
mag: Joannes le gay
mag: antonius Jarquier
mag: Claudius zolier
mag: Joannes herice

mag: antonius du four
mag: Jacobus goupil — medicinae professor regius
magist: Johannes magnen
mag: Symon burgenses
mag: Gerardus denisot
mag: oliuarius violemet
mag: Johannes hugues
mag: Robertus Greaume
mag: nicolaus Josne
mag: andreas debeaumeau
mag: nicolaus Jacquart
mag: Symon piotier — Lector ordinarius
mag: adrianus Jaleman
mag: hugo babinet
mag: Johannes nobler
mag: petrus deschamps
mag: Jacobus Caron
mag: franciscus bugard — Lector ordinarius
mag: petrus Laffilie
mag: Ludouicus duret
mag: Gulielmus Hobman
mag: nicolaus derosmallet

mag: Symon pouret
mag: Ludovicus corsin
mag: dionisius muller
mag: Guilelmus plausson
mag: Joannes de beaumont
mag: Claudius barirquet
mag: philippus alen
11 mag: Rodolphus de Lor

pastillaria — Die 2a novembris magister Rodolphus de Lor disputavit de pastillaria. Secundam questionem proposuit magister Carolus Stephanus, quam terminavit magister adrianus Saleman.

quodlibetaria — Die Iovis 8a novembris magister philippus alen disputavit de quodlibetaria sua prima extra ordinem, sub quo respondit Symon bauldricon baccalaureus

congregatio deputatorum universitatis — Die veneris 9a novembris ex mandato domini Rectoris per schedulam obsignatam sigillo rectoris convenimus una nos tres adiuncto [illegible] haremuanas: [illegible] nos aliis decanis superiorum facultatum, procuratoribus nationum, et officiariis

aliquot universitatis, una cum domino rectore: profecti
sumus ad dominum granvellanum, franciae; apud

universitas adit granvellanum franciae

quem dominus rector orationem habuit elegantem, de
privilegiis universitatis quotidie violatis a publicanis
huius urbis: qui cogunt scholasticos, una tributa
sibi persolvere. Respondit granvellanus diploma nobis
fuisse datum gratia et liberalitate Regis christianissimi:

granvellanus franciae [illegible] hortandi

quo nostra omnia privilegia confirmat: et quo etiam constat
universitatem exemptam esse ab omnibus impositionibus,
etiam novissime factis, super vino introducto in urbem.
principibus urbis pollicitus est omnem suam operam, et
se etiam velle defensurum nostram causam privilegiorum,
adversus omnes qui contra nostram libertatem aliquid
tentarent. addiditque se scire regem hoc intelligere,
et velle, quod scholastici gaudeant privilegiis omnibus
donatis universitati a praedecessoribus regibus christianissimis:
quasi in dotem filiae suae primogenitae. Sic enim rex ipse
cognominat universitatem parisiensem.

[chris]tianissimus [exem]it universitatem [a] tributo.

Die xxv novembris magister Joannes de
beaumont disputavit de pastellaria. Sorbonicam
quaestionem respondit mag: Joannes parvus. quam
terminavit magister nicolaus hostie.

pastellaria

quodlibetaria

Die martis octava novembris magister Rodolphus de Fore disputavit de prima sua quodlibetaria extra ordinem. Sub eo respondit Nicolaus Vincent baccalaureus

pastillaria

Die decima novembris magister Claudius Vaurquet disputavit de pastillaria. Secundam questionem proposuit mag. Joannes de Vassim et Jo. du Hamel. terminavit mag. Nicolaus Tasquart

Rationes redditae ad antiquo decano

Eodem die, post meridiem, hora prima, convenit facultas a me vocata per edictum et schedulam, in scholas superiores; ad supputandas rationes arresti, et expensarum communium facultatis, a mag. Valentino Huraume antiquo decano, et suis supplicationibus et memoriis. Auditis simul rationibus attente, et diligenter examinatis, placuit facultati pro laboribus donari dicto domino Huraume decem aureos solatos, cuius diligentiam probavit facultas, et eundem laudavit.

mag. noster Claudius Roger

In eo concilio supplicavit mag. Claudius Roger vir amantissimus honoris et dignitatis celeberrimae facultatis, qui tum antiquissimus omnium scholar. ne quidquam magister facultatis raperetur, se reliquo

pecuniae: quippe multa esse facultati negotia, quae ut recte gererentur, opus esse pecunia. Praeterea esse baccalaureos qui multis antehac annis [illegible]. addebat nullas esse sedem obvenire aliunde pecunias, quae satis essent gerendis rebus facultatis. Sed sic visum est facultati ut de reliquo pecuniae singuli doctores acciperent aureum solatum: et ita a me decano persolutum est et distributum.

Magister Thomas de Emelly supplicavit etiam suo nomine a facultate, nomine Ricardi du Tartre doctoris sui absentis, et cum habitat Meldis, ut de pecunia illa reliqua, sex aurei solati numerarentur a decano, pro [illegible] du Tartre: illum semper esse et valetudinarium, optime meritum de facultate: addebat hoc etiam adfuisse aliquoties in actibus facultatis, tempore ordinarii. Ergo decrevit facultas ut illi doctori absenti, magistro Ricardo du Tartre, sex aureos solatos daret decanus, aut restitui nomine domino de Emelly.

Exposuit etiam magister Philippus Flexelles in sua congregatione, sibi librum esse in publicanis vectigalibus [illegible] uno expediente [illegible], a quo iubebat esse exemptus quod esset in numero doctorum regentium facultatis medicinae, itaque rogabat facultatem ut

esset nobis aliquis procurator, vel apud praefectum mercatorum urbis, vel apud supremos iudices vectigalium. Quod de omnibus postulatores nihil est a pluribus dictis

pastillaria

Die sexta mensis decembris magister Guillelmus Plantius disputavit de pastillaria. Quaestionis secundam proposuit mag. Ludovicus Duret pro domino Grangerio absente, quas terminavit mag. Franciscus Brigard pro domino Bertaulme etiam tunc absente.

quodlibetaria

Die quarta eiusdem mensis magister Joannes de Beaumont disputavit de quodlibetaria extra ordinem. Sub eo respondit Robertus Bugnot baccalaureus

congregatio deputatorum universitatis in commodis rectoris

Die decimo mensis decembris vocatus sum per schedulam una cum decanis aliarum facultatum a domino rectore in aedes Harcurianas, ad audiendam querimoniam rectoris et quorundam, quae videbatur esse de re totius universitatis. Ubi convenimus conquestus est de iis officiariis qui nomine rectoris praesunt scilicet membranariis et iuratis pergamenariis vocantur, multa incommoda pati quotidie ab illis rectores, nam omnibus quidem nobis notum esse, tres esse rectori eosdem denarios 24 capere ex singulis

membranarum fasciculis que in urbem adducuntur. Se di-
cebat habere compertum, planumque videri esse factum,
ductores plus minus fasciculos adductos esse, et ductores
in aula illa matriculatorum, et quibus nihil ad eam
rediisse praeterquam pro vectigali, et id fieri contra illorum
juratorum. Itaque a nobis petebat rationem qua adversus
illos iis sunt tot [illegible] qui illius fraudis essent authores.
Addebat in eo consilio primario solicitorem universitatis vna
nobiscum Joannem de Luc ~~Joannem~~ academie procuratore

Joannes de Luc procurator universitatis in suprema curia

in suprema curia homo doctus et verus etiam
peritissimus. Is hoc nobis consilium dedit. Nos quidem
esse rectori de Scholasticis, et aliis universitatis officiariis
cognoscere, et causa cognita, animadvertere in suos
jure posse, et eos qui deliquissent etiam privare
publicis academie muneribus. Verum id non placuit regio
cognitori in suprema curia. Itaque tutam illam et
communem viam rectori tenendam esse, ut de fraude
illorum primum quereret, ubi questitum esse certum coram
iure esse persequendam nomine totius universitatis.
Quod ipsum consilium omnibus nobis probatum est.

quodlibetaria

Die vndecimo decembris magister claudius Bauquier
disputavit de quodlibetaria extra ordinem, sub eo
respondit Symon Seguin [illegible]

Professio doctoris

Hic etiam decembris factus est & questus supplicatorie
doctoris in eadem dominicatione. In nullo
habere soleo apud mathematicos ante professionem
questionis rursum palam factam esse temerarium ordini
salubre, quod questus ille supplicationem nobis
& schedulam doctoris eadem significatus non
fuisse. attamen quanta fuerint et data ordini
nostro que gesserat doctor in suo magistratu
preter omissam illam significationem, tabui
et more literas commendatitias et admonitionem in
causa supradicta membranaceas. ~~Ad quem~~

querimonia decani palam facta de doctore

Ad querimoniam meam que palam erat facta
respondit doctor id accidisse non sua culpa
aut contemptu facultatis salubrium sed bedelli
incuria qui hec negotium mandaverat non neglecta
quidem sed oblivione

~~[illegible]~~
Anatomia facta in scholis

Sexto die a meridie incepta est anatomia in
scholis. dissectum est corpus muliebre, magna
fuit auditorum frequentia, et nobilium hominum
doctorum professus. huic prefuit Symon,
peritus vir adprime doctus ordinarius medicine
professor in scholis medicorum. In ea administratione
anatomica consumpti sunt quatuor dies. significata
est pridie meo jussu magistris facultatis & nostris
vacationem et condendi tempus [illegible].

Symon [illegible] doctor presidens

Examen candidati tonsorum chirurgorum

Die xxiij° eiusdem mensis in edibus Cornubiensis tonsoris chirurgorum examen suum primum subiit Joannes fourquet adfuerunt examini ex ordine nostro Christo: baldwinus decanus facultatis qui et hec scripsit et mag: antonius du four. is visus est nobis sufficienter respondisse

Congregatio universitatis

Die sabbati xxiia decembris congregata est universitas apud mathurinos super tribus articulis, agendo de nominandorum, de expostulatione celebrandi festi regum et super supplicationibus et iniuriis. Ubi dominus rector primus petiit consilium angelum et favorem rebus administrandis. facultas de his bene censuit primum gratissimas habuit electionem novi rectoris quae fuerat facta die lune immediate precedente. censuit et consilium rebus universitatis praestandum curarent etiam ut adolescentes modestissime sese gererent diebus festis regum ludos pullorum et rebus ludicris abstinendum iis presertim temporibus tumultuosis et iam aperto bello atque etiam civili. monendos esse Gymnasiarchas ut invigilent suam diebus illis continerent actiones et prohiberent omni tumultu fieri ob id praecipue quod timor esset ne quid diebus illis in urbe adfuturum

Abstinendum ludis in festis diebus regum illis temporibus

voluit etiam facultas & anniversaria consuetudine apponendum esse catalogum nominandorum.

mag: hugo babinet petit adiuvari a facultate

Die sabbati xxi^a decembris & more consueto facta est in scholis celebris congregatio ubi convenerant aliquot magistri. Ibi supplicavit magister hugo babinet ut nomine facultatis iuvaretur in lite, contra apothecarium nostrum quendam, qui mulieri existente in carcere medicamentum purgans nullo adhibito in consilium medico temere exhibuerat unde ipsa paucis post diebus interiisset. Convenerunt quotquot aderant tunc magistri in scholis ut illam litem persequeretur adhibito tamen in consilium magistro petro Tamongin procuratore nostro in castelleto. si nomine facultatis vellet adiuvari.

Tamongin procurator

praefectus mercatorum & natura scabini urbis

procurator regius in domo urbis

Die ultima decembris significatum est mihi coram facultate per apparitorem praefecti mercatorum et magistrorum civium urbis, ut causam coram ipsis diceremus responderemusque super ipsorum rogatoris qui rogebat facultatem ut solveret xxiiij^or francorum in annum taxatos super eam domum in qua habitat d: gouzel, ex scholis medicinae

[Ca]usa domus regal.
[pr]ofesso de Sabinis
[ur]bis a decano

et mgri alios fratres etiam taxatos super eam domum
in qua habitat Joannes Stoger sutor idque pro
munitione urbis. Erant una mecum aliquot
nostri ordinis Seniores et procuratores nostri in castello
magistratus patres familiarum. Ubi ad duos mihi
dictos conveniremus in aedibus urbis: Propterea primum
familiaris excusavi nullam esse propriam familiam
vel quae etiam esset celebranda divino officio quod
ex more antiquo fit omnibus diebus Sabbati in scholis
et festis diebus beatae semper virginis, divi Lucae
patroni nostri, Nicolai et Catherinae virginis. Eandem
etiam illas scholas ipsamque domum non tam nostras
esse quam publicas, scilicet videlicet qui vellent artem
medicam discere et audire ex lectoribus nostris ordinariis.

[Ex]emptio scholae
[a] tributo

Verum illi dicebant edicto Regio nullam domum, nec
scholas quidem etiam eximi a tributo illo pro munitione,
et ut vocabant, fortificatione urbis. Se quidem
paratos esse operas in rebus ut faveant publico
studio et commodis familiaris, sed in hac causa se
prohiberi regis edicto. Addebant illi a Rege missum
esse unum ut vocant Commissarium, omnes esse
controversias eos dirimere quae propter urbis munitiones
occurrerent: eum itaque se nobis videre adiremus,
illi supplicem libellum nostrum, quem ipsi mercatores
praescripto et mgri viris conscripsimus, illi itaque porreximus

[Co]mmissarius Regis
[ur]bis

vel regi nostro supplicaremus, ut nos ab eo tabulo
eximeret. In ea re totus ille dies insumptus
supplicando et sollicitando multis consumptus est

consilium seniorum facultatis

Et ea re consilium aliquot seniores
qui monuerunt ut supplicem aliquem libellum,
meo marte conscriberem, eumque presentarem, quam
Theodoro du mont regis consiliario, et tunc magistro
libellorum supplicum apud regem magistro, et tunc erat
delegatus ad conciones per urbis ... homo
doctus et singularis virtutis et prudentie. Is
ergo libellus supplex in modum qui sequitur a me
conscriptus est et prefecto mercatorum nomine et
magistro ... urbis adscriptus

monsr du mont conseiller et maistre des requestes ordinaire en l'hostel du roy

A messieurs les prevost des marchans
et eschevins de la ville de paris

Libellus supplex facultatis

Supplient humblement les doyen et docteurs regens
de la faculte de medecine en luniversite de
paris comme de toute anciennete et fondation
premiere d'icelle universite et pour la conservation
de la prosperite et sante des humains singulierement
des habitans en ce royaulme, ait este instituee
la dicte faculte pour monstrer et enseigner par lesd.
supplians l'art et science de medecine, faire

lectures ordinaires, disputes publicques et aultres
actes pour linstruction diceulx science Et que
par la grande affluence de toutes pars et
grant nombre des estudians en ladicte faculte
les maisons particulieres desd docteurs regens
esquelles anciennement se faisoyent lesd lectures
disputes et aultres actes neussent peu suffire
florissant et augmentant de jour en jour la
discipline et doctrine dud art de medecine
tellement que depuis cinquante ans deca ou environ
lesd suppliants ayant este contraincts quasi
contraincts de leur propre bourse fournir et se
cotizer a quelque deniers pour acheter une mayson
en lad universite de paris laquelle on
nomme a present les escolles de medecine
qui ne sert sinon pour faire le divin service
et tous temps accoustume les lectures ordinaires
disputes anatomies et aultres exercices publicq
de lad doctrine et science mesmement que en
lad mayson des escolles le roy a ordonne
estre faicte sa lecture publicque par lun desd
docteurs regens aux estudians en ladicte faculte
chose qui qui est a la gloire et honneur de dieu
utilite de tout le royaulme et paÿses des

habitans de la ville de paris. Ce consideré
et que ladite mayson des estelles ne
vient aucun emolument ou proffit de aucune
aus dits suppliants mesmes que chacun d'eulx
regent ou escolier est contrainct et ne
refuse a payer la cotte pour la fortification
de la ville. Il vous plaise ordonner
que ladite mayson des estelles demeurera
comme lieu public servant au bien et proffit
de chacun des habitans de ceste ville de
paris ne sera doresnavant contraincte pour ladite
fortification attendu principallement que en
ladite famille n'y a aucuns deniers pour
la payer desdits taxes de la fortification
et vous ferez bien

Cedo libellum alium supplicem d. Theodoro du
mont qui omnes operas studium et diligentiam
facultati collaturus est, et me exhortatus est
ut libellum alium quasi precedentis compendium
et epitomen extraherem ad Regem, post illius
Regis aut ipsius domini Regis primate consilio
communicaturum. Itaque cum sit mea quasi
eadi minerva compos sui

libellus alius supplex
ad Reges Henricus
Condens.

Placet au Roy en faveur des bonnes lettres et de sa faculte de medecine et luniversite de paris exempter la mayson ou sont les escolles de ~~medecine~~ ladite faculte de la cotization pour la fortiffication de la ville attendu que ladite mayson ne rend aulcun prouffit ou revenu a ladite faculte et quelle ne sert sinon a faire les lectures ordinaires disputes et aultres actes publicques mesmement la lecture ordonnee y vouloir semblablement estre faicte pour lecture aux estudians en lart et science de medecine

Duos illos superiores libellos collegi in manibus dicti domini du mont qui nostri ordinis collector est sindicus et fautor nostre facultatis. Qui postea fuit in ea ~~...~~ ... restitutus a me diligentius in hac nostra decanatus hystoria.

Die prima mensis januarii disputauit de prima sua quodlibetaria extra ordinem magister Gulielmus plantius sub quo respondit magister nicolaus charton primarius collegii bellouaci baccalaureus

quodlibetaria

In ea disputatione quam adessem magister Theodoricus du mont regius professor et libellorum supplicum magister, is cuius paulo ante memini, misit ad me exemplar cuiusdam diplomatis Regii, quo mandabat Rex ut viderem illud, et quem aliis in locum extra urbem transferri commode posse coemiterium trinitatis, et ubi diligenter de ea re quaesissem, ad privatum ipsius domini Regis consilium referrem. Itaque a me dravo cum litteris illis regiis pendebat cum precibus etiam rogabat, ut seligerem meo arbitrio aliquot nostri ordinis magistros, cum quibus de illa ~~re~~ re communicarem, ac decerneremus quod nobis videretur esse in salutem civium nostrorum, propter [illegible] puerorum illorum qui in hac urbe parentibus orbi, publice aluntur, ad illam sedem trinitatis, illudque consilium nostrum gallicis verbis conscriptum ipse obsignarem meo et publico facultatis sigillo.

Cimiterium vulgo dictum trinitatis

Convocavi eadem ipsa hora paulo ante prandium quod parabatur in scholis a praeside Clauro primus sua quodlibetaria disputanti in superiori

Consilium medicorum de transferendo cimiterio trinitatis

du monceau
Fernel
Sylvius

Nicolas mag: michaelem du monceau, Johannem Fernelium et Jacobum Sylvium, qui de ea re a me rogati concordaverunt, quod e manu mea descriptum ad modum qui sequitur sigillis suis approbarunt.

Le doyen et deputez par icelluy de la faculte de medecine en luniversite de Paris assemblez pour donner leur advis selon le contenu dun memoyre a eulx presente par noble homme et sage maistre Thierry du mont conseiller du Roy et maistre des requestes ordinaire dud. seigneur en son hostel ont arreste par meure deliberation ce qui sensuit

Premierement que cest chose qui importe grant peril danger et incommodite aux habitans de ceste ville de Paris faire porter tant de jour que de nuit par les rues dicelle ville les corps des decedez en lhostel dieu de Paris jusques au lieu ou est de present le cimitiere de la trinite

Item que le cimitiere de la trinite nest a present lieu propre pour enterrer les corps desd. decedez en lhostel dieu Et que tout lenviron dicelluy cimitiere est habite et clos de maisons ou se logent plusieurs curatifz du mesme peuple de ceste ville

Que les enffans yssans dicelluy cimetiere en temps pestilentieulx seront plus promptz a estre infectz Et que ordinairement les raysons de lart et science de medecine vultre en temps dangereulx en hors Y experience que les maysons yssans aud. cimetiere ont tousiours este les premieres et plus long temps infectes de lattaque pestilentieuse que les aultres dicelle ville

Item que le cimetiere est entre les rues dicelle dessus ou costel dudit se doibt choysir et dresser hors de la ville comme estoit anciennement led. cimetiere de la trinite

Item que le lieu le plus convenable qui se puisse choysir a lendroit de lad. ville a present et le moins dommageable aux habitans dicelle est au dessoubz de la ville selon le cours de la riviere de Somme

Et que le plus prochain qui se pourra choysir y quand a ce regardant est la terre qui du coste de mydi respond droit a une isle que on nomme vulgairement lisle ~~morq~~ masquerelle

Et que ce lieu la sera fort incommode a celuy auquel le roy a voulu faire dresser le Cantal de la ville de paris

fait en conseil et assemblee de medecine en luniversite de paris le [illegible] jour de Janvier mil Vc cinquante et quatre

hoc nostrum consilium alexander crucius in membranis ipse Congregatio nova notam et facultatis sigillo muniri acquiescens quod est in manibus nostris obsequium, Redditae gratiae dicto domino du mont qui facultati operam suam promisit in rebus nostris, praecipue in negotio redemptionis domus scholarum a tributo et vectigalibus immunitatibus

Die xxviii Januarii facta est collectio calculorum pro [illegible] et more in superioribus nostris scholis Et quia erat dies illa sabbati immediate praecedens festum purificationis beatae semper virginis admonuimus magistros qui tunc aderant praesentes de remunerando luminari in sacello et cereis ex more distribuendis ut videant etiam quibus velint distribui

[illegible] pro cereis [illegible]mandis in purificatione [illegible] semper virginis

Consimili facultas quae demum nobis offert rob. et [illegible]
[illegible] acrarum ut quo meo judicio distribueretur
rebus, non neglectis tamen iis, qui merito
[illegible] et angelis humanae facultatem

quodlibetaria

Die ultimo Januarii disputavit de
quodlibetaria in suo ordine Rodolphus de Lor
et ab eo Tweper coronari ordo quodlibetariorum,
ultimus omnium inductus est in catalogo
doctorum regentium facultatis medicinae. Sub
eo respondit Julianus palmarius baccalaureus

Coronatus ordo disputantium in quodlibetariis

Die [illegible] septima februarii disputavit de
quodlibetaria in suo ordine magister philippus
alen sub quo respondit Robertus Duquet
baccalaureus

quodlibetaria

Die nona februarii dominus Rector una cum
decanis superiorum facultatum, procuratoribus nationum
et aliquot scholasticis ex singulis ordinibus viris
adiit dominum cardinalem a castellione conservatorem
privilegiorum universitatis, Ibi habita est a Rectore
elegans oratio, petebamus scholastici eximi ab
illo Regis edicto quo statuebat ut literae omnes
graduum nominatorum et simul distribuerentur in

Universitas it ad alexandrum cardinalem de Chastillon

Regestris insinuationum quae edicto illo regio nuper impressa erecta sunt in maioribus oppidorum totius regni franciae. aut siquidem eximi non possemus, saltem esse in urbe ea parte quae universitas vulgo dicitur registrum aliud insinuationum, ubi commodius et minori scholasticorum sumptu fieri id posse quod rex suo illo edicto volebat. Questus est etiam ea oratione Rector de publicanis qui magistros regentes scholasticos et alios universitatis ministros ac nuntios cogerent ad illud vectigal quod erat etiam alio novo edicto constitutum duorum solidorum parisiensium singulis vini modijs urbem ingredientibus. Dominus Cardinalis nobis humaniter respondet se quidem multis nominibus devinctum esse universitati parisiensi, quare quidquid consilio vel authoritate in privato regis consilio valeret, vel gratia apud ipsum principem, illud omne nobis esse ab illo expectandum: Sed quod de nostris rebus nihil adhuc confectum esset, non defuisse voluntatem. Sed morbo gravi se, febre scilicet prohibitum non potuisse id praestare quod cupiebat. Monuit nos ut libellum supplicem regi conscriberemus, adhibitis in consilium consiliarijs nostrae universitatis, in quo fieret mentio privilegiorum quae universitati regum superiorum liberalitate concessa sunt. Et de tota illa re et causa aliquem ex nobis tanquam negotiorum nostrorum procuratorem mitteremus in aulam.

[Respon]sa et liberalis [pro]missio cardinalis [...] singula [...] [...] hic suscepta

[...] et curae ad [...] [...] agere

tumultus scholasticorum et nebulonum divi Germani a pratis

Die martis XIX februarii dominus Rector convocavit universitatem ad aedem Mathurinorum super tumultu exorto inter scholasticos et forenses illos et nebulones in suburbio divi Germani a pratis. His temporibus erat Rex in urbe et frequenter illuc animi causa commeabat. Sed heri quadam de causa unus ex his nebulonibus qui aulicos nobiles sequuntur, forte unum ex scholasticis nequiter adortus ~~ferierat~~ obleserat: qui tum aderant ipsius sodales non passi contumeliam socio fieri nebulonem illum cum suis fere vi et lapidibus ceciderunt. Inde tantum postea dissidium exortum est inter scholasticos et nebulones illos, atque etiam nobiles ipsorum dominos, ut iam ferro et armis rem gererent. Armati per forum scholastici obambulantes plurimis erant formidini; magistratibus vero molesti, qui per eas turbas manus suas immittere prohibebantur. Quare questi illi sunt apud senatum. Senatus vocatum rectorem, rogavit ut universitatem ipse rogaret ad Mathurinos, et ratio quaereretur quomodo tumultus ille sedari posset. Facultas publico illo consilio decrevit monendos esse gymnasiarchas ut arctius iuventutem suam continerent.

et schedulas per urbis compita affigendas esse, quibus continerentur privilegiis universitatis qui iudicii essent demandata scholastico. Sed tumultus ille finitus nundinis, et digresso ab urbe rege sua sponte sedatus est.

Quodlibetaria ultima ordinarii huius anni

Circa initium februarii disputavit de quodlibetaria in suo ordine magister Claudius Varerquer, et ea fuit ultima totius ordinarii praesentis anni. Sub eo respondit Nicolaus Vindrot baccalaureus. Disputavit in ea mag. Gerardus Umstel conquestus non esse se e numero doctorum disputantium nec in aliis praecedentibus quodlibetariis adfuisse.

Mag. Gerardus Umstel

Prorogatio universitatis

Circa initium eiusdem mensis prorogata est universitas in locum apud Mathurinos consuetum super collatione officii [illegible]. Supplicarunt Gallandius administrator sibi dari in lite contra pulleranos urbis, in eo consilio controversia quaedam communis exorta est inter rectorem et procuratores nationum, his querelantibus prorogationem illam non legitime esse factam, quae pridie tantum esse significata, leges autem esse ut duobus ante diebus quam habeantur comitia significanda esse, praesertim cum agitur de primariis officiis aliorumque universitatis. Facultas communis admonuit

Significanda universitati comitia

Yortiadum ut postea ex more a legibus universitatis exigeretur. necesse. Referendus esse Varand officium qui petebat solus. et quoniam procurator praestabat et decretum facultas volebat impetrare aliud differri in alium diem, nostra facultas non consentiente decrevit ut si procurator ille non probe cessa sedaretur vocarentur decani superiorum facultatum, qui tumultus illius componerent, ne videndus nobis esset ad tabulas fiendas. Contra annuit petitioni Gallandi.

Die 20a februarii vocati sunt decani superiorum facultatum una cum procuratoribus nationum, in conclave quoddam maturinorum. Ubi electi sunt magistri: petrus Gallandus et Johannes [illegible] syndicus universitatis ad regem pro negotiis universitatis. missi sunt fontembelleaquam ubi erat Rex. quibus data est facultas totius illius negotii transigendi, ut vel exemptionem ab omni contributione vel si non possent illud impetrare: saltem ut regia illud contributionem constitueret in universitate, et loco alicuius subsidii caritativi [illegible], aut si nihil de edicto suo vellet mutare rex, totum illud negotium permitterent voluntati cardinalis a Castellione. Commissum est etiam illis ut illa sua legatione admonerent officiarios et nuncios universitatis nomine publico, ut ipsi exempti ab contributione [illegible] et [illegible] tabulas novissime impetratis edicto Regio.

Fotembleau

Joannes fouquet magisterio chirurgorum

Eodem ipso die Joannes fouquet subijt ultimum suum examen in edibus Cancellarii Tonsorum chirurgorum quorum viz suffragiis et meo iudicio dignus visus est qui magisterio donaretur. Adfuerunt ex facultate iidem qui priori examini adfuerant Christo: baldwinus decanus et antonius du four doctor medicus. Is iuravit in manibus Cancellarii et ita in tonsorum chirurgorum ordinem cooptatus est.

Questio cardinalis

Simon pietre presidens cardinalis

Nota

Die sextimo martii 1554 Julianus palmarius baccalaureus respondit in scholis de questione cardinali preside mag: Simone pietre a quo cepit renovari ordo presidentium in disputationibus cardinalium. is enim ultimus inventus est eo die et anno sufficiendus qui presideret quod erat ultimus in catalogo magistrorum regentium inter Jacobes maiorum emolumentorum. Questio tunc conclusionem hec erat. Omne catharticum cor prius quam vacuat humores.

Congregatio universitatis

Die tertio eiusdem mensis convenit universitas in loco consueto apud aedem mathurinorum super duobus articulis. Claudendo catalogo nominandorum et super mittenda ratione legationis petri gallandii et Joannis le Songe in aulam ad cardinalem a castellione

de negotiis universitatis. In ea congregatione
verbis et plura oratores declamavit Gallandius multa
primus orator hec fuit summa. Et nos pro huiusmodi
ad petitionem nostram ut universitas eximeretur
ab examinatione ut literarum nominationis
tonsure, gradus et similium hoc responsum ipsi
a consilio Regis privato, non esse impediendum
Regis edictum: Et quamvis videretur honesta
petitio universitatis nihilominus tamen parendum
nobis esse Regis voluntati et ipsius domini Regis edicto
Itemque ut ratio haberetur super scholasticorum
et studiorum nostrorum. ipsa universitas adhibita
in consilium viris prudentibus et doctis, maturo
iudicio quereret rationem qua minimo dispendio
id fieret quod iubebatur edicto Regis itaque magno
dispendio studiorum nostrorum. De causa ista
normanorum responsum est placere Regi ut illi
qui solent separari et solutione pensionis, subsidii,
et id genus rebus necessariis et expensis studiorum
scholasticorum hic apud conservatores privilegiorum
conveniantur et earum rerum debitores qui ex
parte totius regni hic conveniantur, aliisque negotiis
Regis voluntate et literis ipsius domini Regis
sine ea re expediendis, in foro conservatoris respondere.
De negotio autem privilegii effirmanorum et nostrorum
universitatis, id negotium demandatum est domino du mont

non eximitur universitas ab omni examinatione literarum

Causa normanorum

Regis consiliario et libellorum supplicum apud regem
magistrum, qui una cum reginaldo generali regis,
et ipsius domini regis patronis diligenter privilegia
nostra viderunt, atque ista illa ut veritas facerent
consilium regis privatum et regem [illegible] clarissimum
[illegible]. Sed [illegible] quoniam sunt publica totius
universitatis negotia, pluribus [illegible] [illegible] [illegible]
ab ipsius universitatis scriba. Ex his ergo [illegible]
ita visum est facultati primo agere gratias [illegible]
universitatis [illegible] laboribus impensis in ea legatione, censuit
epistolas scribendas ipsis dominis cardinalibus a castellione
[illegible], et magistro equitum franciae, quibus [illegible]
agerentur ipsius gratiae, [illegible] studio et favore et [illegible]
animo in commoda honorem et dignitatem universitatis.
Elegit saluberrima facultas ex ordine nostro mag:
claudium Roger michaelem du monceau et [illegible]
[illegible] una cum decano qui diligenter rationem
[illegible] qua minimis scholasticorum impensis, et nullo
studiorum dispendio, edicto regis de [illegible] [illegible],
et quod iter ea ardua erat censuit patronos universitatis
[illegible] adeundos. De secundo articulo voluit
[illegible] olim catalogum nominandorum, et veterem
consuetudinem ea tamen lege ut liber esse nominatorum
pateret iis qui nomina sua vellent describere usque
ad diem [illegible] proxime venturum.

cardinalis a lotha[ringia]
cardinalis a castellione
connestabilis franciae
Roger
du monceau
[illegible]

Dominus du mont

Eo ipso die adii dominum du mont Regis consiliarium et libellorum supplicum magistrum doctissimum virum et hominem aequissimum quod in aula, unde remorabar, de exemptione domus scholarum a tributo pro urbis munitione exigendo ipso audiente. Respondit negotium illud persuasum esse et scholares domus Regis gratia et liberalitate exemi ab illo tributo. confirmavit eos nostros esse in toto futuraque et regem ipsum libello nostro supplici subscripsisse, ut mihi nobis iam fundatum esse a praefecto mercatorum et magis primis urbis publice confectis. Ipse tamen contribuendi libellum aliquem supplicem ad eos ut domus scholarum medicinae quas ambulamus regis liberalitate a tributo pro urbis munitione exemi deleretur de catalogo Jacobi turne-quartenarii. Is libellus fuit ad hunc modum.

Rex subscripsisse libello meo supplici

Exemptio domus scholarum a tributo pro urbis munitione

Libellus supplex

A messieurs les prevost des marchans et eschevins de la ville de paris

Supplient humblement les doyen et docteurs regens de la faculte de medecine en luniversite de paris comme des le moys de janvier dernier passe lesd. supplians vous ayent presente requeste a ce que la maison des escolles de medecine sise de la

bourgeois de ceste ville fust exempte de la
cotizacion pour la fortiffication de la ville. Sur
quoy les auriez renvoyez a vostre commission par devers
messieurs maistre Thierry du Mont conseiller du roy
nostre sire et maistre des requestes ordinaire en
Chastellet dud. seigneur et commissaire ordonné pour
regarder les debatz et plainctes pour raison
desd. fortiffications, auquel lesd. suppliants
auroyent baillé lad. requeste, et depuis comme ilz
ont entendu led. seigneur du Mont auroit faict
rapport au roy en son conseil privé qui auroit
exempté lad. maison des ~~estoil~~ estoilles de la
cotizacion pour la fortiffication de la ville.
Ce consideré il vous plaise, selon le bon plaisir
du roy, leuer et oster l'arrest faict a la requeste
de vos gens du roy en Chastelet de lad. ville sur
la cotte levée par lad. ville ausd. suppliants, et en
ce faisant ordonner que les deniers arrestez leur
seront plainement et entierement delivrez et que
lad. maison des estoilles comme estant exempte
et immune de la cotizacion desd. fortiffications
par la liberalité du roy sera rayée et
effacée du rolle de lad. cotizacion au quartier
de Jacques Turinne es endroitz de lad. maison des
estoilles. Et vous ferez bien.

Fecit libellum illum supplicem dicto domino die mercu-
rii ...a martii ante pascha sed remisit negotium
illud transigendum post dies festos pasche

Congregatio rectoris universitatis

Die 8o martii significatum est mihi per scholasticam
obsignatam sigillo rectorio ut una cum meo
admonerem procuratores cum aliis dominis superiorum
facultatum, et procuratoribus nationum, in cubiculo
domini rectoris, ad probandas vel corrigendas epistolas
que mittebantur nomine universitatis ad dominos
cardinales a Lotharingia, Castillione, et ad
magistrum equitum francie. Et quia maturo in
ea re opus erat judicio, vocavi una mecum
mag: Claudium Roger. Ita et rector coram scholasticis
universitatis iussit palam legi omnes illas literas
que probate sunt paucis correctis preterque in iis
que mittebantur magistro equitum.

Examinatio literarum que nomine universitatis mittebantur in aulam

Eodem die cum pateret esse corpus humanum
ad anatomen in scholis in qua presidebat
mag: Franciscus Bugard, cuius arbitrato et judicio
in eam rem expertissimum quendam tonsorem
chirurgum elegerat, qui non satis eff erat gratus
quibusdam scholasticis qui ibi tum aderant. Ergo cum
accingerentur operi quum subito exortus est ingens
tumultus. nam nobilones quidam, scriarii, vel

anatome perturbata in scholis

prodit, qui se contendebant scholasticos et auditores medicinae, gladiatoriis armis instructi. subito vero simul irruerunt, obstruxerunt, clamant ut egrederer e scholis tonsor ille, et abiret in suam tonstrinam. forte ibi aderam redeundo e gymnasio navarrae ubi tunc habitabat rector, et una mecum erat dominus Roger. quum ergo omnia viderem esse comparata, ut vero tas invaderet in propinquam, jussi corpus, quod erat in area, referri in scholas. Rogavi etiam dominum bugard presidentem ut vero ea differret in sequentem diem, interim facultatem provisuram ne quid tale in posterum contingeret in scholis, sed mane satius esse cessare illorum furori cedere.

processio rectoris

Die [illegible]a martii convenit universitas apud mathurinos et supplicatio processit ad divorum Gervasii et Prothasii. probata sunt facultati quae gesserat rector in suo magistratu. in ea congregatione supplicavit mag: franciscus bugard ut qui tumultum fecissent in sua anatomia prosequeretur et una [illegible]. Voluit facultas summo iure agendum esse contra nebulones qui illam anatomiam perturbaverant.

supplicat facult: dominus bugard

congregatio facultatis in scholas

Die [illegible]a martii convocavi facultatem in scholas ad [illegible], super exorto tumultu in anatomia, nisi pararer

Variae sententiae vindicandi tumultus exorti in materia

prodierat mag: Laurentius Bugard et Curatores utriusque domus scholarum, super dni Gompel. Et tumultus sinceris et simplicem historiam eius ut qui adfuissent, et in componenda pace praefuissent narrant quotquot tunc aderant doctoribus praesentibus. Sed variae fuerunt sententiae multi dicebant committendum fuisse in ea re facultati, praesertim quod nulla esse facta iniuria doctori praesidenti, et id tumulti accidisse praeter privatas quasdam dissensiones inter eosdem invicem dissertorum, et quosdam scholasticos, quibus non satis placebat ille tempore. Alii summo iure esse procedendum putabant, quippe praedictos illos nebulones nisi severe in eos animadvertatur quotidie nobis legentibus, vel disputantibus in scholis nostris, prout eorum fert libido sua, insultaturos. Quare decretum est ut libellus supplex porrigeretur rectori praeclamanti ut nobis liceat de illa iniuria queri. Ubi quaesitum esset eos summo iure prosequendos.

Curatio domus scholarum differtur

De Curatores domus scholarum dilatus est in alias dies et prius quam commode id fieri posset recte scire nos oportere ut domus scholarum exempta esse et immunis a tributo et civibus muneribus. Et ita a me conclusum est.

Cardinalis 2a.

Die decima martii mag: nicolaus bundrot baccalaureus respondit de disputatione cardinali praeside mag: nicolao de roumerllet.

obitus dni de colonia anticipatus

Die sabbati qui erat penultimus dies mensis martii facta est collectio calculorum computorum in scholis, a sero matutino ex more. admoniti magistri facultatis qui tunc aderant obitus illius solemnes defuncti dni de colonia qui est unus fundatorum debere semper fieri die (12)a aprilis hoc praesenti anno 1554 non posse eo die fieri propterea quod in eum diem incideret festus dies paschae. aderat in eo consilio mag: claudius Roger qui commonuit eos dictos obitus esse anticipandos et celebrari debere die proxime ante festum paschae. is autem in dictis est octavus dies aprilis pro vigiliis, et nonus immediate sequenti pro missa, in unius [illegible] dictum est a collegio magistris qui tunc erant praesentibus.

anatome in scholis

corpus feminae

franciscus rare cirurgus [illegible] la nome

Die secunda aprilis facta est anatome in scholis, in qua praefuit mag: franciscus bugard dissectum est corpus mulieris, administri et dissectores fuerunt mag: franciscus Rare et cirurgus utriusque linguae doctissimus, et in arte dissecandi experientissimus cui comes aderat scholasticus quidam auditor medicinae. aderat frequens auditorum et plebius spectantium corona.

Die quinta mensis aprilis magister Symon [illegible] baccalaureus respondit de cardinali presidente mag: Guilelmo [illegible]

Cardinalis · 3ª

Die octava mensis aprilis hora secunda meridiei dicte sunt vigilie defunctorum post in [illegible] facultatis pro obitu defuncti mag: michaelis de colonia quondam cantoris in ecclesia parisiensi, hoc autem dicto [illegible] est ut dictum est prius

obitus domini de colonia

Die sequenti dicta est missa solemnis pro obitu dicti de colonia

Die decimo aprilis fuit universitas ad mathurinos vocata a domino rectore ad decernendum processionem supplicatoriam universitatis pro pace, rege, salute, ac tranquillo statu totius regni, precipue vero fidei Christiane. Visum est facultati saluberrimo processionem illam differendam esse in feriam quartam post pascha, et ita conclusum est a domino rectore

Decrevit ab universitate processio supplicatoria

Die [illegible] aprilis qui erat feria quarta post pascha facta est processio illa supplicatoria universitatis ad divam Genovefam. In [illegible] habere solito apud mathurinos ante processionem

processio universitatis

mag: Joannes Verdune supplicat pro vesperiis et doctorat.

Supplicavit facultati mag: Joannes Verdu-
modernus licentiatus pro vesperiis et doctoratu
cui annuit facultas.

Cardinalis. 4a.

Die xxiiii aprilis mag: Symon Vuderhon
baccalaureatus respondit de cardinali presidente
mag: Ludovico ducar

Joannes Lesselle licentiatus

Die xxvi aprilis magister Joannes Lesselle
accepit benedictionem licentiae a domino cancellario
universitatis parisiensis et fuit primus licentia
donatus est nec clamo presente advocato in edes
sub cancellarii dno le grant et duobus bidellis
apud quos rescius absentiam ut sibi excusam quod
eo die sibi abfuisset nec comparuisset in aula rectoris
parisiis dum licentiam una cum aliquibus suis
commilitonibus licentiandis.

Lesselle supplicat pro vesperiis et doctorat.

Die sabbati qui erat quartus dies maii sancto
sacro in scholis supplicavit magister Joannes
Lesselle pro vesperiis et doctoratu cuius petitioni
annuit facultas

Vesperiae Jo: Verdune

Die decimo mensis maii vesperizatus est mag:
Joannes Verdune presidente mag: nicolao le grand
qui et movit primam questionem proposuit scholastico

medicine auditore et candidato. Commendam questionem
Exposuit mag: Carolus Stephanus quam terminavit
Joa: Verduus Vesperizandus

Concilium deputatorum in cubiculo rectoris

Cum vidissemus confecti medici vocatus sum per schedulam et iuramentum a dno Rectore ad aedes Sorbonicas. Ubi convenimus cum aliis decanis superiorum facultatum, procuratoribus nationum, et reformatoribus almae universitatis: questus est quidam praeceptor tertiae classis gymnasii cardinalis monachi de iniuria sibi facta ab alio quodam praeceptore tertiae classis gymnasii Lexoviei. Exponebat ille multis verbis se pro more sumptus suos deduxisse in illud gymnasium Lexovium ad disputationem adversus themata, quae Lexovii praeceptores disputanda publice proposuissent per anniversaria et solita ipsius collegii consuetudine, die festo divi Nicolai, sed exortam primum inter discipulos tertiae classis, Unde etiam inter ipsos praeceptores magnam disceptationem, et ea tamen literaria: ac tandem vera disputatione alterando amissa, verba ad extremum fuisse, ad iurgia contumelias et pugnam. probabat testibus fide dignis ille cardinalis collegii

pugna inter duos praeceptores

nimium altercando veritas amittitur

tertię classis preceptor, se [illegible] [illegible] asinum
etiam palam ac publice ante suos [illegible] appellatum,
ab illo Lexoviae preceptore: deinde tum vi et iniuriis,
calcibus et pede conculcatum, et magna vi concussum.
addebat dominus Rector qui tunc in ędibus illis Lexoviensis
habitabat se ea omnia ut narrata fuerant vidisse, atque
ipsum e suo cubiculo descendisse ut preceptores eos
placaret. Verum dignitatem et auctoritatem rectoriam
sublatam ab eo Lexoviae rectore, et contemptam multis
spectantibus viris honestis, quin contumeliis et iniuriis
ab eo se affectum querebatur dominus Rector.

Illud dissidium a nobis ita diremptum est, et iudicatum
quoniam nullum neque vulneris neque concussionis
vestigium apparebat. Pecunia mulctandum esse eum.
Iudicatum est ut ille tertię classis preceptor Lexoviensis
dimidiatum nummum aureum in mulctam solveret, cuius
media pars cederet in commoda ipsius Lexoviae: alia
media pars aulę cardinalis monachi. De iniuria
autem Rectorię dignitati illata sic visum est, ut
nobis presentibus veniam sui delicti deprecaretur
a domino Rectore. quod non recusavit, nobisque omnibus
gratias egit quod paterno more magis correptus
videretur quam mulctatus.

…toria dignitas …sa a quodam …ceptore

…m Rectorię …gnitatis

…na preceptoris in …temptum Rectorię …gnitatis

Forum criminalis [?]

Agitatum est in eo concilio de con[?] qui sumetur admodum, nuper domestico illo magistratu multa noua conaretur praeterquam contra scholastros sui ordinis reformatores in ipsa alma universitate tentabat. Insuper aderat quidam procurator collegii bonorum puerorum, qui asserebat, nulla neque causa neque occasione nuper illum ingressum illud collegium fuisse, atque famulos suos comites, quibus erat ille stipatus, supplices scholasticum vi inde et forte abstulisse. Quo ea re ita visum est consilio, ut libellus supplex scriberetur supremae curiae, ut provideret ne quid adversus destinatam scholastricam, tam temere attentaretur a novo illo criminum urbis praetore

Famulos captivos [?]

Die 26a maii Ioannes Verduere doctor factus est praeside mag: Nicolao de Grand ad primas quaestiones quas proposuit novus doctor respondit mag: Henricus Gabrieli. Secundam propositam proposuit, cui respondit mag: Carolus Phillipzanus

Doctoratus mag: Ioa: Verduere

Die penultima mensis maii mag: Ioannes Castello medicinae nuper licentiatus, vesperizatus est, primas

Vesperiae Castello

questiones quodlibeticas mag. Joannis le Vassere
presidendo audito ... moderno Rectore. Secundas
mag. Nicolaus le Grant quas dissolvit respondendus

Die ultima ejusdem mensis facta est congregatio
universitatis apud maturinos per schedulam rectoris
biduo ante communicatam super tribus articulis.
primo de questione officii papirarii vacantis per
mortem Claudii Chappelier, secundus articulus
erat de constituendo procuratore universitatis in
curia romana, quod officium vacabat per mortem
magistri Leonis Bouland. Tertius pertinebat ad
supplicationes et querelas. In quo ultimo supplicavit
quidam doctor theologus de Vincellet ut exemplaria
statutorum universitatis darentur eidem [illegible] qui de ea
re ad rectorem scripserat. petiit etiam unus ex juratis
librariis et nuntiis universitatis [illegible] quam habebat
[illegible] publicanos. Unus etiam procurator ex numero librariorum
universitatis nomine aliorum librariorum protestatus est se
opponere, se affirmans papirarium unum vacans cujus
alii competerent quam mercatori, unus papirum negociatoris
unicus non esse vendendi papirum. De his
omnibus sic visum est facultati. Contulit officium
papirarii vacans per mortem, Claudio Chappelier
defuncti filio, Claudio satis honesto, et mercatori
completo: nulla habita ratione oppositionis librariorum.

Congregatio universitatis

Claudius Chappelier

Leo Bouland

Vincellet

Claudius Chappelier defuncti filius ... officio papirarii universitatis

quod satis constaret facultati inter alias manere,
etiam exprimens dividerent. id quod etiam reliquae
facultates consenserunt. Ad procuratoris munere
universitatis in suprema curia duo erant competitores
mag: nicolaus de Clerc [?] et mag: Egidius bouland
defuncti frater. Theologorum facultas et doctorum
elegit le bloz [?]. Saluberrimi vero nostri ordinis
collegium, et preclara artium facultas magistrum
Egidium bouland, et sic eo conclusit dominus
Rector. Gestis ad supplicationem factam in eo
consilio tubinis [?] publice nominis auctoritatem libravi [?]
qui supplicaverat, annuit etiam predicti de consiliis
doctoris theologi.

mag: Egidius bouland institutus procurator universitatis in suprema curia

Die xv° Junii communis universitas apud
mathurinos. Ubi Joannes bonhomme offerente
suum librariatus universitatis resignavit in favorem
Jacobi du puis. Eam resignationem admisit
facultas nemine omnino reclamante et ita
conclusum est a domino Rectore

Jacobus du puis librarius universitatis

Die sequenti factus est supplicationum [?] processus
rectoris, ad edem sacram [?] regalis
navarre.

processio rectoris

Die xviii^a Junii mag: Joannes Lostelier [?] factus
est doctor presente mag: Joanne le vasseur,

doctoratus Lostelier

primam questionem quam proposuit novus doctor dissolvit mag. petrus deschamps. Secundam & postremam presentem terminavit mag. Ludovicus durat. loco magistri nicolai le grand absentis.

processio universitatis

